

## KLÁŠTERNÍ TVORBA V OKRUHU KARLA VELIKÉHO A JEHO NÁSTUPCŮ DEVÁTÉ STOL./II,2

### **Lupus de Ferrières** (cca 805 - po 862)

Tento epistolograf, o němž se mluví jako o prvním humanistovi nebo jako o předchůdci humanistů, známý také pod jménem **Servatus Lupus**, byl vedle Walafrida Strabona a Gotšalka třetí slavný Hrabanův žák ve Fuldě. Přátelsky se stýkal s Einhardem. Vstoupil do kláštera ve Ferrières (asi 100 km jižně od Paříže), kde se později stal opatem. Byl to ve své době nejvýznamnější filolog a milovník římských antických autorů. Psal i básně, teologické traktáty (mj. se zúčastnil i sporu o predestinaci, a to na straně Gotšalkově) a legendy.

Zásadní význam má jeho **sbírka listů**, která vznikala již od doby jeho studií ve fuldském klášteře a pak později (v letech 836-862). Je dochována v kodexu ve Ferrières, který redigoval a rozdělil do tříd podle obsahu sám Lupus; je to 130 listů, jejichž byl odesílatelem nebo adresátem. Jeho partnery v této korespondenci jsou snad všichni významnější současníci, světské i duchovní osoby. Právě v listech je zřejmá jeho záliba ve světských studiích, v latinských antických autorech. Snažil se vyhledávat co nejkvalitnější zápisy antických autorů v klášterních knihovnách od Yorku až po Řím, ve Ferrières založil skriptorium. Filologicky pracoval na co nejlepším čtení latinských textů od Cicerona až do Boethia.

První kus jeho korespondence, adresovaný Einhardovi, obsahuje prosbu o opětování přátelství a o zaslání nějakých knih, chválu na Vita Caroli a zmiňuje se o úpadku a malé prestiži studií (*čítanka*, 30). Dále např. dopis papeži Benediktu III. obsahuje prosbu o rukopis Ciceronova De oratore (aby mohl pisatel korigovat Einhardův rukopis tohoto spisu), Quintiliana a Donatových komentářů k Terentiovi. Bylo možno identifikovat asi deset rukopisů, které jsou jedinečnou ukázkou filologické práce v karolinském období: některé z nich Lupus opsál sám, jiné opatřil marginálními textově kritickými poznámkami.

### **Jan Scotus Eriugena** (810-877).

Eriugena<sup>1</sup> patří do téhož duchovního a myšlenkového prostoru jako Gotšalk, Sedulius Scotus nebo Lupus. Vzdělání získal v irských klášterních školách, od r. 847 působil v Paříži, o konci jeho života nic nevíme (podle pozdější zprávy – Viléma z Malmesbury, 12. stol., Gesta regum

---

<sup>1</sup> Tento záhadný přídomek je utvořen podobně jako např. Graiugena (pocházející z Řecka) nebo Troiugena (z Tróje) a znamená pocházející z Irska, rodem Ir.

Anglorum – se vrátil do Británie, žil v klášteře v Malmesbury a tam jej jeho vlastní žáci zavraždili písařskými pery viz *čítanka 31*). Patří sice především dějinám filozofie, ale i jeho hlavní filozofický spis *De divisione naturae /Peri physeon* ve 4 knihách má nespornou literární hodnotu. Scotus byl jako dobrý znalec řečtiny, což bylo v jeho době výjimečné, pověřen *překladem Dionysia Areopagity do latiny* (byl to už druhý překlad tzv. Corpus Dionysiacum do latiny, první provedl asi o dvacet let dříve na pokyn Ludvíka Pobožného opat ze St. Denis Hilduin<sup>2</sup>). Eriugena překlad provedl, byl ale obviněn, že tohoto překladu zneužil k prosazování svých heretických názorů. Ochranu mu na svém dvoře poskytl Karel Lysý. Eriugena napsal k některým Dionysiovým spisům také *komentáře*, komentoval i teologická díla Boethiova, Martiana Capellu („Annotationes in Marcianum“) nebo Prudentia („Glossemata de Prudentio“) i některé řecké církevní otce. Jeho další spis *De praedestinatione* zasáhl rovněž do dobových sporů o predestinaci: ačkoli Gotšalkovy názory odmítá s tím, že odporují rozumu, byly jeho vlastní filozofické vývody předloženy v tomto spise zavrženy již v jeho době jako heretické.

V spise *De divisione naturae* se Eriugena snaží skloubit novoplatonismus s křesťanstvím. Výsledkem je pozoruhodný filozofický systém se silnými rysy panteismu. Příroda je zde rozdělena na *natura creans et non creata* (Bůh jako stvořitel světa, prvotní činná příčina), *natura non creans et non creata* (Bůh jako konečný cíl všeho), *natura creata et creans* (ideje jako pravzory všeho stvořeného) a *natura creata et non creans* (stvořený svět - *čítanka, 32*) Tento systém byl až r. 1210 prohlášen pařížským provinciálním koncilem za kacířský a papežská bulla nařídila 1225 všechny exempláře díla spálit.<sup>3</sup>

Eriugena byl také poměrně plodným básníkem, jeho básnická tvorba bývá hodnocena různě. Učené příležitostné básně mají často filozofický obsah, mnohé vznikly na objednávku. Jsou metrické, většinou v elegickém distichu, někdy v hexametu, bohaté na grécismy a jsou mezi nimi i celé řecké básně.

### **Paschasius Radbertus** (konec 8. stol. - po 865)

Roli kulturního střediska měly kromě již zmíněných lokalit (Sv. Havel, Reichenau, Fulda) také kláštery v severofrancouzském *Corbie* a v saském *Corvey*, který byl z *Corbie* založen jako „nova Corbeia“ (jeden z hagiografických spisků Paschasia Radberta, *Vita Adalhardi*, končí básnickým dialogickým žalozpěvem, ve kterém vystupují jeptišky Fillis a Galathea,

---

<sup>2</sup> Hilduin je také zodpovědný za konfuzi tří postav – Dionýsia z Areopagu, poslouchače kázání apoštola Pavla, Sk 17. údajně prvního athénské biskupa – pařížského biskupa Dionysia, Denise – autora mystických spisů asi ze 6. stol.).

<sup>3</sup> Je zčásti přeložen do slovenštiny - Hrušovský, Antológia z diel filozofov 3, 1975.

symbolizující Corvey a Corbie; je to nářek obou klášterů nad zesnulým Adalhardem, zakladatelem Corvey, i nad jinými opaty). Paschasius byl opatem ve francouzském Corbie. Jako teolog se vyjadřoval k mnoha tehdy aktuálním věroučným otázkám, jako byla např. predestinace (srv. výše u Gotšalka nebo u Jana Eriugeny), byl vynikajícím exegetickým autorem, mj. sepsal *komentář k evangeliu podle Matouše*, který je nejlepším a nejsamostatnějším exegetickým dílem této doby. Do souvislosti s novozákonní exegezi můžeme zařadit Paschasiův zájem o mariologické otázky, jako je narození Panny Marie, narození Spasitele z Panny, o Mariino nanebevzetí.<sup>4</sup> Z literárně historického hlediska jsou zajímavé jeho *hagiografické biografie*, v nichž oslavoval zejména předchozí opaty svého kláštera: Paschasius v nich totiž hojně rozvíjí konsolační topiku, používá Ambrosiových a Jeronýmových listů a využil i Ambrožova epicedia na smrt bratra Satyra. V některých svých dílech cituje Paschasius Terentia, který se začíná dostávat do módy a jehož rukopisy, zčásti i ilustrované, v té době vznikají. Snaží se o klasickou dikci a odvolává se i na další římské autory – na Cicerona, Seneku (dokonce na Apocolocyntosis), Statia.

**Agius** (psal v polovině 9. stol.)

Agius reprezentuje literární tvorbu dceřinného kláštera, saského Corvey. Je známý cyklem sedmi *komputistických veršů* o počtech, výpočtech, o letopočtu a o chronologii. Především je ale autorem pozoruhodné básnické hagiografické biografie, *Vita Hathumodae*. Saská knížecí dcera Hathumoda byla první abatyší ženského kláštera v Gandersheimu, zemřela v roce 874. Podle Fr. Brunhözla je tato Vita „bezpochyby jedním z nejkrásnějších středověkých životopisů světců“. K této hagiografické skladbě autor připsal báseň o sedmi stech verších (jsou to elegická disticha), nazvanou *Dialogus*. Hlavním obsahem Dialogu je nářek nad Hathmudinou smrtí a útěcha, účastníky dialogu jsou Agius sám a gandersheimské sestry. Dialog je zajímavým dokladem toho, jak středověk rozvíjel antickou tradici nářku (žalozpěvu) a konsolace.

**Dhuoda** (cca 803 – po 843)

Urozená paní, která žila ve francké říši v devátém století (přibližně současně s WalafriDEM Strabonem), je první středověkou již literárně činnou ženou, o níž víme. Mluví se o ní také jako o první francouzské spisovatelce. Z dřívější doby můžeme připomenout dvě její

---

<sup>4</sup> Za zmínku zde tento zřetel stojí z toho důvodu, že s Radbertovým jménem bývá spojováno autorství apokryfního Pseudomatoušova evangelia o narození Panny Marie a Pseudohieronymova listu na toto téma s incipitem „Cogitis me“.

předchůdkyně, Perpetuu, která během pronásledování křesťanů v Římě v 1. stol. n. l. sepsala zprávu o svém věznění, jež skončilo mučednickou smrtí její a její družky Felicity, a dále Aetherii – Egerii, o níž jsme se zde zmínili v závěru kapitoly o patristické literatuře.

O jejím životě jsme poměrně dobře zpraveni: Dhuoda měla zálibu v numerologických výkladech, a z toho důvodu uvedla některá přesná data událostí ze svého života.<sup>5</sup> Víme také, a pro její literární pozůstalost je podstatné, že od ní její manžel Bernard odloučil oba její syny, staršího ve věku čtrnácti let a mladšího půlročního, dosud nepokřtěného. Literární výtvar, který zanechala, vznikl jako mravní naučení (zrcadlo, *speculum principis*)<sup>6</sup> pro staršího syna Viléma.

Má titul *Liber manualis* a je to sbírka naučení, která měla provázet životem syna, protože mu matka nemohla být nablízku sama,<sup>7</sup> autorka psala také pro svou vlastní útěchu. Manuál má třiasedmdesát kapitol pojednávajících o náboženských, rodinných i společenských otázkách. Na rozdíl od dosavadních zrcadel se její výtvar vyznačuje značnou mírou subjektivity, postihneme zde osobní tóny, je zde více introspekce a meditace než didaxe (P. Dronke). Literární historie věnovala pozornost též veršům, jež jsou do „manuálu“ vloženy. Hned na začátku čteme dedikační báseň Vilémovi s akrostichem (DHUODA DILECTO FILIO WILHELMO SALUTEM, LEGE) dále verše k Vilémovým čtrnáctým narozeninám, poté „VERSI AD WILHELMUM“ opět v akrostichu (*čítanka 33*), na konec manuálu umístila autorka vlastní epitaf (poměrně dlouhý, má osm strof) s akrostichem DHUODANE. Úplný závěr díla tvoří rytmické hexametrické dvojverší („Ad istum tamen semper recurre libellum, / vale et vige, nobilis puer, semper in Christo“), jež je po prozodické stránce výjimkou, neboť předchozí skladby nerespektují žádnou dosud literárně přijatou metrickou ani rytmickou formu a jsou zřejmě ovlivněny rytmem germánských písní.

---

<sup>5</sup> Tak víme, že se provdala 29. června 824, její synové se narodili (se značným časovým odstupem) 29. listopadu 826 a 22. března 841. Svě literární dílo dokončila 2. února 843.

<sup>6</sup> S tímto žánrem jsme se setkali zatím u těchto autorů: Paulinus z Aquileje, Ionas z Orléansu, Sedulius Scotus, Hinkmar z Remeše.

<sup>7</sup> Dhuodě a jejímu dílu se podrobně a s porozuměním věnuje Peter Dronke ve druhé kapitole („Dhuoda“) své monografie *Women Writers in the Middle Age*.

Charissimo Eginhardo Lupus salutem.

Diu cunctatus sum, desiderantissime hominum, auderem necne excellentiae vestrae scribere. Et cum me ab hoc officio aliae rationabiles causae, tum etiam ea maxime deterrebat, quod posse id contingere videbatur, ut, dum vestram cuperem amicitiam comparare, offensam incurrerem. Scilicet quod praepropero et inusitato prorsus ordine ab ipso familiaritatis munere inchoaverim, qui nec primordia notitiae contigissem, ita vehementer aestuanti facilis et modesta et, quae sane philosophiam deceat, animi vestri natura tantae rei obtinendae spem tribuit. Verum ut aliquid rationis afferre videam: taceo quidem saecularium litterarum de amicitia sententias, ne, quoniam eis apprime incubuistis, Horatianum illud doctissimorum ore tritum merito accipiam *in silvam ne ligna feras*.

Deus certe noster nedum aliquam aspernandi amicos occasionem relinqueret, diligendos omnino inimicos praescripsit. Itaque patienter, quaeso, et benigne advertite animum, dum altius meas repeto cogitationes, ut nosse possitis quam hoc non perperam nec juvenili moliar levitate. Amor litterarum ab ipso fere initio pueritiae mihi est innatus, nec earum (ut nunc a plerisque vocantur superstitiosa) otia fastidio sunt. Et nisi intercessisset inopia praeceptorum et longo situ collapsa priorum studia pene interissent, largiente Domino meae aviditati satisfacere forsitan potuissem. Siquidem vestrā memoriā per famosissimum imperatorem Carolum – cui litterae eo usque deferre debent, ut aeternam ei parent memoriam – coeptā revocari aliquantum quidem extulere (*scil. “studia”*) caput satisque constitit veritate subnixum praeclarum dictum *honos alit artes*, et accenduntur omnes ad studia gloriae. Nunc oneri sunt, qui aliquid discere affectant; et velut in edito situs loco studiosos quosque imperiti vulgo aspectantes, si quid in eis culpa deprehenderint, id non humano vitio sed qualitati disciplinarum assignant, ita, dum alii dignam sapientiae palmam non capiunt, alii famam verentur indignam, a tam praeclaro opere destiterunt. Mihi satis apparet propter se ipsam appetenda sapientia, cui indagandae a sancto metropolitano episcopo Aldrico delegatus doctorem grammaticae sortitus sum praeceptaque ab eo artis accepi. Sic quoniam a grammatica ad rhetoricam et deinceps ordine ad caeteras liberales disciplinas transire hoc tempore fabula tantum est: cum tribus deinde auctorum voluminibus spatium aliquantum coepissem, et dictatus nostra aetate confecti displicerent, propterea quod ab illa Tulliana caeterorumque gravitate, quam insignes quoque christianae religionis viri aemulati sunt, oberrarent, venit in manus meas opus vestrum, quo memorati imperatoris clarissima gesta (liceat mihi absque suspitione adulationis dicere) clarissime litteris allegastis. Ibi elegantiam sensuum, ibi raritatem coniunctionum, quam in auctoribus notaveram, ibidemque non longissimis periodis impeditas et implicatas, ac modicis absolutas spatium sententias inveniens amplexus sum.

Quare, cum et ante propter opinionem vestram, quam sapiente viro dignam imbiberam, tum precipue propter expertam mihi illius libri facundiam, desideravi deinceps aliquam nancisci opportunitatem, ut vos praesentes alloqui possem, ut quemadmodum vos meae parvitati vestra tum probitas sapientia fecerat claros, ita me vestrae sublimitati meus etiam erga vos amor et erga disciplinas studium commendaret, neque vero id optare desistam, quandiu ipse incolumis in hac vita vos esse cognovero. Quod posse contingere hoc magis in spem ducor, quo ex Gallia huc in Transrhenanā concedens regionem vobis vicinior factus sum. Nam a praefato episcopo ad venerabilem Rabanum directus sum, uti ab eo ingressum caperem divinarum Scripturarum: ergo cum ad vos iturum hinc eius nuntium comperissem,

primo quasdam verborum obscuritates, a vobis uti elucidarentur, mittendas proposui; deinde praestare visum est, ut etiam hanc epistolam dirigere debuisssem, quae si a vobis dignanter accepta fuerit, exoptabili me affectum munere gratulabor.

Sed semel pudoris transgressus limitem, etiam hoc postulo, ut quosdam librorum vestrorum mihi hic posito commodetis, quamquam multo sit minus libros quam amicitiam flagitare. Sunt autem hi: Tullii de rhetorica liber, quem quidem habeo, sed in plerisque mendosum, quare cum codice istic reperto illum contuli, et quem certiore putabam, mendosiore inveni. Item eiusdem auctoris De rhetorica tres libri in disputatione ac dialogo De oratore; quos vos habere arbitror, propterea quod in brevi voluminum vestrorum post commemorationem libri ad Herennium interpositis quibusdam aliis scriptum repperi „Ciceronis de rhetorica“, item: „Explanatio in libros Ciceronis“, praeterea A. Gellii Noctium Atticarum, sed et alii plures in praedicto libro, quos, si Deus apud vos mihi gratiam dederit, istis remissis accipiens describendos mihi, dum hic sum, avidissime curare cupio.

Exonerate, quaeso, verecundiam meam, quae supplico, facientes, meque rimantem amaras litterarum radices earum iam iucundissimis explete fructibus, et illo vestro facundissimo eloquio incitate. Quae si meruero, tantorum beneficiorum gratia, quoad vixero, semper mihi habebitur. Nam quae vos eorum merito sit remuneratio secutura, non opus est dicere.

Plurima scribenda in alia mens suggessit; sed vestrum ingenium meis ineptiis ultra remorari non debui...

*J.-P. Migne. Patrologiae Cursus Completus. Series Latina. Vol. 119, 431-436.*

### 31.

#### **Vilém z Malmesbury, *Gesta regum Anglorum II, 19***

Hoc tempore creditur fuisse Joannes Scottus. Joannes Scotus Eriгена, origine Scotus, Franciam circa noni saeculi medium adiit, ubi celeberrimum transtulit S. Dionysii opus De divinis nominibus vel coelestibus ordinibus. Composuit etiam librum quem peri fyseon, id est De naturae divisione, titulavit, propter perplexitatem necessariarum quaestionum solvendam bene utilem, si tamen ignoscatur ei in aliquibus, in quibus a Latinorum tramite deviavit, dum in Graecos acriter oculos intendit. Succedentibus annis munificentia Elfredi allectus venit Angliam, et apud monasterium nostrum a pueris quos docebat graphiis, ut fertur, perforatus, etiam martyr aestimatus est; quod sub ambiguo ad injuriam sanctae animae non dixerim, cum celebrem ejus memoriam sepulchrum in sinistro latere altaris, et epitaphii prodant versus, scabri quidem et moderni temporis lima carentes, sed ab antiquo non adeo deformes.

*Clauditur in tumulto sanctus sophista Johannes,  
Qui ditatus erat jam vivens dogmate miro;  
Martyrio tandem Christi conscendere regnum,  
Quo meruit, regnant sancti per secula cuncti.*

*J.-P. Migne. Patrologiae Cursus Completus. Series Latina. Vol. 179, 1083-1085.*

### 32.

#### **Jan Scotus Eriugena, *De divisione naturae I***

M. – Saepe mihi cogitanti diligentiusque, quantum vires suppetunt, inquiringenti, rerum omnium, quae vel animo percipi possunt, vel intentionem eius superant, primam summamque divisionem esse in ea, quae sunt, et in ea, quae non sunt, horum omnium generale vocabulum occurrit, quod graece „fysis“, latine vero „natura“ vocitatur. An tibi aliter videtur?

D. – Immo, consentio. Nam et ego cum ratiocinandi viam ingredior, haec ita fieri reperio.

M. – Est igitur natura generale nomen, ut diximus, omnium, quae sunt, et quae non sunt.

D. – Est quidem. Nihil enim in universo cogitationibus nostris potest occurrere, quod tali vocabulo valeat carere.

M. – Quoniam igitur inter nos convenit de hoc vocabulo generale esse, velim dicas divisionis eius per differentias in species rationem; aut sicubi libet, prius conabor dividere, tuum vero erit divisa iudicare.

D. – Ingredere, quaeso. Impatiens enim sum, de his veram rationem a te audire volens.

M. – Videtur mihi divisio naturae per quattuor differentias quattuor species recipere: quarum prima est in eam, quae creat et non creatur; secunda in eam, quae creatur et creat; tertia in eam, quae creatur et non creat; quarta, quae nec creat nec creatur. Harum vero quattuor binae sibi invicem opponuntur, nam tertia opponitur primae, quarta vero secundae. Sed quarta inter impossibilia ponitur, cuius differentia est non posse esse. Rectane tibi talis divisio videtur, an non?

D. – Recta quidem. Sed velim repetas, ut praedictarum formarum oppositio clarius elucescat.

M. – Vides, ni fallor, tertiae speciei primae oppositionem. Prima namque creat et non creatur, cui e contrario opponitur illa, quae creatur et non creat. Secunda vero quartae, siquidem secunda et creatur et creat, cui universaliter quarta contradicit, quae nec creat nec creatur.

D. – Clare video. Sed multum me movet quarta species, quae a te addita est. Nam de aliis tribus nullo modo haesitare ausim, cum prima, ut arbitror, in causa omnium, quae sunt, et quae non sunt, inteligatur. Secunda vero in primordialibus causis, tertia in his, quae in generatione, temporibusque et locis cognoscuntur. Atque ideo de singulis disputari subtilius necessarium, ut video.

*J.-P. Migne. Patrologiae Cursus Completus. Series Latina. Vol. 122, 441-442.*

### 33.

#### Rhythmi Dhuodanae

CXXII.

*Dhuoda dilecto filio VVilhelmo salutem lege*

1. **D**eus, summe lucis conditor, poli  
Siderumque ductor, rex aeterne agius:
2. **H**oc a me ceptum tu perfice clemens;  
Quanquam ignara a te perquiro sensum,
3. **U**t tua capax placita perquiram,  
Praesens et futurum tempus curram aptum.
4. **O**mnia per cuncta trinus et unus  
Tuis per saecula prospera largiris.
5. **D**igna dignis semper meritis ad singula.  
Tribuis celsam tibi famulantes.
6. **A**d te, ut valeo poplite flexu  
Gratias refero conditori largas.
7. **D**e tua mihi, obsecro, largire  
Opem, ad dextram sublevans axem.
8. **I**llic namque credo tuis sine fine  
Manere posse quiesci in regno.
9. **L**icet sim indigna, fragilis et exul,  
Limo revoluta, trahens ad yma:

10. Est tamen mihi consors ac amica,  
Fideque de cuius relaxant discrimina.
11. Centrum qui poli continens giro  
Pontum et arva concludis palmo,
12. Tibi commendo filium VVilhelmum:  
Prosperum largiri iubeas in cunctis.
13. Oris atque semper <sup>curras momentis:  
Te super omnem diligat factorem.
14. Filiis cum tuis mereatur felici  
Concito gradu scandere culmen.
15. In te suus semper vigilet sensus,  
Pandens per saecula vivat feliciter.
16. Lesus nunquam ille incidat in iram  
Neque separatus aberret a tuis.
17. Iubilet iocundus cursu felici,  
Pergat cum virtute fulgens ad supera.
18. Omnia semper a te apta petat:  
Qui das sine fastu, dona illi sensum,
19. Ut te intelligat credere, amare,  
Laudare gratis duplicatis. Amen.



*CXXIV.*

*(Versi ad VWilhelmum.)*

1. **Vt valeas, vigeas, optime prolis,**  
Dicta conscripta a me tibi directa  
Legere ne pigeat: invenias facile  
Placida tibi.
2. **Est vivus sermo dei: illum perquire;**  
Diligentius sacram disce doctrinam:  
Mens etenim tua repletur gaudiis  
Magnis per saecla.
3. **Rex immensus et fortis, clarus et pius,**  
Dignetur per cuncta tuam nutrirī mentem,  
Iuvenilis puer, protegat, defendat  
Omnibus horis.
4. **Sis namque tu humilis mente et castus**  
Corpore, pronus in servitiis abtis,  
Magnis et minimis omnibus, ut vales,  
Flectere frequens:
5. **In primis dominum deum ex toto corde**  
Et mente, totis viribus pansis  
Time et dilige, genitorem tuum  
Inde per cuncta.

*Monumenta Germaniae Historica, Poetae Latini Aevi Carolini IV, II. Ed. K. Strecker, s. 705-6, 710*